Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



enim uult dñs affligere animam ut sep desidere ingredi in terram illam. Incipit de continencia quia non solum in cibis sit assumenda continentia sed etiam in cæteris animę motibus

Fratres aliqui uenire uolentes ad abbatem antonium de loco scito ingressi sunt nauim ut irent ad eum. Et inuenerunt in ipsa nauim senem quendam qui ad antonium ire uolebat. Ignorabant autem fratres eum. Et sedentes in nauim loquebantur sermonem patrum et de scripturis. et rursus de opere manuum suarum. Ille autem senex per omnia tacebat. Cum autem uenissent ad portum. agnouerunt et ipsum senem. proficisci ad abbatem antonium. Venientibus autem eis ad se dixit abbas antonius. Bonum comitatum tu uenis inuenisti in sene isto. Dixit autem senex. Bonos fratres inuenisti tecum abba. Dixit ei senex. Boni sunt quidem si habitatio eorum non haberet uanum. Quicunque uult intrat in stabulum et tollit asinum. Hoc autem dicebat quia quicunque eis accedebat in os loquebantur.

Dicebat abbas daniel de abbate arsenio quia tota nocte uigilans pertransiret. Tota enim nocte uigilabat. et quando uolebat eir